

~~Wilh. Ludwell~~

1249.

- ~~1.) Tractatus juris ad Institutiones~~
- ~~2.) Sist. II. Thesaurum juris~~

Wilhelmi Ludwell dissertationes XVIII. ad  
Justinianearum Institutiones. Altorff. 1627.

Henrici Beszel dissertationes ad jus Pandec-  
tarum Marp. 1627. Vol. 1.

Altorff. Sammelbd.  
Lal.

] M23

13

DISPUTATIO DECIMATERTIA.  
AD  
IVSTINIANEAS  
INSTITVTIONES.

*Quam*

*D. O. M. A.*

*Permissu & auctoritate*

Amplissimæ Facultatis Juridicæ in celeberrima Altdorfina.

PRÆSIDE

DN. WILHELMO LUDWELL  
BORUSSO.

*Nobilissimis & Prestantissimis Dominis Collegis  
examinandam exhibuit,*

MELCHIOR Erhardt / AUGUSTA-VINDEL.

*Mense Junio.*

ANNO M. DC. XXVII.



ALTDORPHI NORICORUM,  
E Typographia Balthasaris Scherffij,  
Universitatis Typographi.



AD  
IVSTINIANEAS  
INSTITVTIONES

Amplissimus Facultatis Iudicis in celeberrimo  
Alteo Alodoma.

DR. WILHELMOLP DWELL

ALLEGORIS

ALLEGORIS

ALLEGORIS



DISPUTATIO DECI-  
MATERTIA.

*Ad tit. 23. 24. & 25. lib. 3. Inst.*

RESPONDENTE,

MELCHIORE Erhard / AUGUSTANO.

THESIS I.



Uper sunt contractus ex consensu,  
(a) qui omnes bonæ fidei, (b) & utrinq; obli-  
gatorii sunt: (c) iiq; quatuor, emtio vendi-  
tio, locatio conductio, societas & man-  
datum. (d)

(a) Omnes contractus consensum requirunt, *l. 1. ff. de pact.* sed hi solo consensu contenti sunt, nec ad perfectionem sui, vel rei interventum desiderant, vel præsentiam & verba, vel literas, *pr. Inst. de oblig. ex consens. l. 2. §. 7. ff. de obl. & act. Baro, Vult. Borch. ad d. pr. Don. 11. Comm. 10.* Unde inter absentes quoq; , veluti per epistolam, vel nuncium rectè contrahuntur, *d. pr. Inst. & d. l. 2. §. 2. ff. de O. & A.* Consensus autem ab utraq; parte intervenire, & in præsens, non futurum directus esse debet. Aliud enim est pactum & promissio de contrahendo, aliud contractus ipse, ut docet *Vult. ad pr. Inst. de empt. vend. n. 12. Tileman. p. 1. D. ad w. 24. th. 3.* Cæterum consensui nihil tam est contrarium, quam dolus, vis & error, *l. 116. ff. de R. I.* proinde si dolus contractui causam dederit, ipso jure nullus est, *l. 7. pr. ff. de dolo malo: si verò incidens fuerit, per ipsum contractum purgatur, d. l. 7. §. 3. & l. 13. §. 4. ff. de act. empti.* Idq; in omnibus bonæ fidei contractibus verum est, si re, si consensu perficiantur, *l. 3. §. 3. ff. pro Socio, l. 16. §. 2. ff. de minor. l. 2. §. 5. ff. de doli mali & met. except. non etiam stricti juris,* qui si re, si causam dolus dederit, si incidens fuerit, semper ipso

Nn 2

jure

jure valent, sed per exceptionem doli mali rescinduntur, *l. 36. ff. de V. O. & l. 5. C. de inutil. stipul. Costal. in d. l. 7. ff. de dolo. Bronch. cent. 1. ass. 57. Gædd. de contrah. stipul. c. 3. n. 114. & aliquot seqq. Treutl. vol. 1. D. 28. th. 2. Arum. Exerc. 14. th. 6. Niell. Disp. ad Inst. 24. th. 6. Hænon. D. ad R. I. 10. in l. 116. Idem & de metu dicendum; videlicet & ipsum si contractui causam dederit, eum ipso jure nullum efficere, *l. 1. C. de rescind. vend. & arg. d. l. 116. ff. de R. I. ubi Philipp. Matth. n. 8. Gædd. d. c. 3. n. 156. Hænon. d. loco. Error quoq; contractum ipso jure nullum reddit, arg. d. l. 116. §. 2. ff. de R. I. l. 57. & ibi Gloss. ff. de O. & A. Philipp. Matth. ad d. l. 116. §. ult. ff. de R. I. Verbi gratia in emptione venditione si error vel dissensus intervenerit, nulla est emptio, *l. 9. ff. de contr. emt.* Si modo in corpore ipso, vel materia in totum erratum sit, *d. l. 9. §. fin.* Nam si in nomine tantum, *d. l. 9. §. 1.* vel parte materiæ error sit, valere venditionem verius est, *l. 14. ff. d. t. & ibi Wesenb. in w. ff. n. 6. Cujac. 2. obs. 4. Bronch. cent. 2. assert. 53. Gædd. d. cap. 3. conclus. 4. Hænon. D. 16. th. 3. Paul. Berens. D. 11. th. 1. q. 1. El. Rob. D. 17. th. 3.* (b) In quibus alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex æquo & bono præstare oportet, *d. t. Inst. de oblig. ex consens. d. l. 2. in f. ff. de oblig. & act.* Nam & contractus vel bonæ fidei sunt, vel stricti Juris, æquè ut actiones, *l. 32. §. 2. ff. de usuris, l. 13. C. de pact. Bocer. ad l. 23. ff. de R. I. c. 2. n. 1. Foman. D. 22. th. 6. lit. B. Adde Gædd. d. tract. c. 8. n. 10. & seqq.* (c) Sunt enim contractus vel *μὲν ὁ πᾶσι*, qui ex una duntaxat parte obligationem producant, ut mutuum & stipulatio, *d. t. de obl. ex cons. in f.* vel *δὲ πᾶσι*, qui utrinq; obligationem producant, ut commodatum, depositum, pignus, & qui consensu contrahuntur omnes, *d. t. & d. l. 2. ff. de oblig. & act. Borch. add. t. n. 3.* (d) *d. pr. Inst. de oblig. ex cons. & d. l. 2. pr. ff. de O. & A.* Ubi tamen sub locatione & emphyteusi in comprehendimus, ut infra dicetur. Ratio autem cur in his contractibus solus consensus sufficit, non alia videtur esse, quàm quæ & nomen speciale iis indidit, frequentia videlicet & utilitas, *arg. l. 1. §. 2. in f. ff. de rer. perm. Don. d. c. 10.***

II.

Emptio venditio (a) est contractus consensualis, (b) de merce (c) cum pretio (d) certo (e) & justo (f) commudanda. (g)

(a) Emptionis vocabulo veteres omnem omninò alienationem com-

comprehendebant, non quidem vi vocabuli, sed propter identita-  
 tem rationis, *l. 29. in f. ff. de statu lib. l. 8. §. 11. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.*  
 & quia quælibet ferè alienatio olim per imaginariam venditionem  
 celebrabatur, *Bronch. cent. 2. ass. 61. Bach. ad Tr. vol. 1. D. 28. th. 1. lit. B.* Hic  
 certam contractus speciem significat, quæ à permutatione originem  
 sumsit, *l. 1. & tot. tit. ff. & C. de contr. empt.* Quamvis autem emptio ven-  
 ditio unus sit contractus, distincta tamè sunt facta, & aliud est emere,  
 aliud vendere, nec hæc in jure nostro confunduntur, aut alterum  
 pro altero ponitur, ut rectè *Don. 13. comm. 1. & ibi Hill. lit. C. Bach. ad Tr. d.*  
*D. th. 1. lit. A. (b) pr. Inst. de obl. ex consens. pr. Inst. de empt. & vend. l. 1. in f.*  
*l. 9. ff. h. t.* Invitus igitur ut nullum contractum celebrare, *l. 5. C. de obl. &*  
*act.* ita nec emere vel vendere quisquam cogi potest, ne quidem à  
 Principe *l. 10. ff. de R. V. l. 11. ff. de R. I. l. 11. & 14. C. de contr. emt. l. 9. C. de jud.*  
 nisi ex justa causa & certis casibus, *l. 1. §. 11. ff. de off. Praef. Urb. l. 13. §. 17.*  
*ff. de act. empt. l. 12. pr. ff. de relig. & sumt. fun. l. 14. §. ult. ff. quemadm. servit.*  
*amitt. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel al. jur. quibus tamen omnibus justum*  
*refundendum est pretium, l. 13. §. 1. ff. comm. prad. l. 2. C. pro quib. caus.*  
*servi pro præm. Schneid. ad §. f. Inst. h. t. n. 6. & seqq. Geil. 2. obser. 56. Bronch.*  
*cent. 2. ass. 63. Tilem. d. D. th. 5. Niell. D. Feud. 2. th. 3. lit. D. Haenon. d. D. 5.*  
 Consensum autem ementis tantùm & vendentis spectamus, non a-  
 liorum: nisi forte jus *περὸ μήσεως*, seu congrui, ut appellant, rece-  
 ptum sit. Tamenim absq; consensu conjunctorum, qui jus illud ha-  
berent, prædia alienare non licet, d. l. 14. C. de contr. emt. l. 16. ff. de reb. auth.  
jud. poss. adeò ut si contra factum fuerit, conjunctus intra annum pre-  
tium offerre, & rem venditam repetere possit. c. 1. §. Tuius. si de feud.  
defunct. 2. F. 26. Myns. cent. 3. obs. 51. Geil. 2. obs. 19. n. 14. Sed hic dubium,  
 an sufficiat verum rei pretium offerre, an id quod extraneus obtulit?  
 Et posterius placet, per *l. ult. C. de non num. pec. c. fin. ext. de locat. con-*  
*duct. c. un. §. 1. per quos fiat invest. 2. F. 3. Elias Rober. d. D. 17. th. 2.* De Jure  
*περὸ μήσεως* seu retractus plura videri possunt apud *Tiraq. Geil. d. obs.*  
*19. & alios. (c) sive re, sine qua nulla est emptio, l. 8. ff. h. t.* Emi au-  
 tem & vendi possunt, res omnes tam corporales, quàm incorpo-  
 rales, tam mobiles, quàm immobiles, *l. 34. §. 1. ff. d. t.* etiam fu-  
 turæ & quæ in spe sunt, ut fructus & partus futuri, *d. l. 8.* item alea,  
 aut captus piscium vel avium, *d. l. 8. §. 1. l. 12. ff. de act. emt.* imò etiam a-  
 lienæ, *l. 28. ff. h. t. l. 11. §. 2. ff. d. t. de act. emt.* Si modò in commercio sint.

Nn 3

Nam

Nam quas natura, vel gentium jus, vel mores civitatis commercio exuerunt, earum nulla est venditio, *d.l.34.§.1. & §.fin. Inst. h.t.* nisi fiat inter ignorantēs, aut saltem emtore ignorante: quo casu valet quoad obligationem & præstationem ejus quod interest, *l.4.l.5.l.6.l.62.§.1. l.70.ff.h.t. & d.§.fin. Inst. eod.* Annuaorum quoq; redituum licita est emptio venditio, modò reditus isti justam pensionem non excedant, N. 160.pr. & c. 1. Vide Recessus Imperij de Anno 1530. & 48.tit. von Bucherlichen Contracten Geil. 2. obs. 5. 7. 8. Fachin. 8. contr. 2. Borch. de usur. c. 4. n. 33. Tr. d. D. th. 5. lit. F. Forst. D. 18. th. 7. Paul. Berens. d. th. 7. q. 6. (d) d. pr. in fin. Inst. de emt. & vend. l. 2. l. 55. ff. h. t. Nam si quis donationis causa pretium ponat, non exacturus illud, venditio non est, *l.36. ff. d. t.* quamvis si minoris vendat donationis causa, venditio valeat, *l.38. ff. eod.* Debet autem pretium præcisè in numerata pecunia consistere, §. 2. Inst. h. t. l. 1. §. 1. ff. eod. l. pen. C. de rer. permut. quo ipso differt à permutatione, in qua ab utraq; parte res intervenit, *d. §. 2. Inst. h. t. l. 1. pr. ff. de rer. permut. Borch. de pact. c. ult. n. 9. & seqq.* ubi tamen perperam permutationem cum contractu do ut des confundit, arg. eorum, que habet Glossa in *l. 1. C. de rer. permut. Wes. in w. ff. d. 1. n. 10. Treutl. vol. 1. D. fin. th. 4. lit. B.* Sed quid si ab una parte res seu species, ab altera verò res & pecunia detur? Si non appareat, quid actum, nec quodnam alteri prævaleat, in dubio permutatio erit, arg. l. 1. ff. de estimat. act. Schneid. ad d. §. 2. Inst. h. t. n. 6. & seqq. Hillig. ad Don. d. c. 10. lit. K. Hænon. d. D. th. 15. (e) §. 1. Inst. h. t. sive id expressè definiatur, sive relatione ad aliud, vel demonstratione ostendatur, l. 6. ff. de reb. cred. puta eo pretio, quod in arca habetur, l. 7. §. 1. ff. de contr. empt. Vult. ad d. pr. Inst. h. t. n. 46. Fachin. 2. contr. 1. Bachov. ad Treutl. d. D. th. 6. lit. D. Hænon. d. D. th. 8. Sive etiam in tertio alicujus, arg. l. 25. ff. Locati. non autem unius ex contrahentibus, *l. 35. §. 1. ff. de contr. empt. Hillig. ad Don. d. c. 10. lit. R. arbitrium conferatur, d. §. 1. Inst. h. t. & l. ult. C. eod.* Quod etiam fieri intelligitur, si emptio venditio fiat, pretio à peritis rerum æstimatoribus declarando, *Fachin. d. c. 1. & Hænon. d. D. th. 10.* non si fiat justo pretio. *Fach. d. loco. Hillig. ad Don. d. c. 10. lit. O. Hænon. d. D. th. 9.* Illud hîc notandum, si tertius ille pretium non definiverit, venditionem nullam esse, si verò definiverit, arbitrio ejus omninò standum esse, *d. §. 1. Inst. h. t. l. fin. C. eod. & l. 25. ff. Locati,* nisi iniquū fuerit. Tum enim ad æquitatem reduci poterit, *l. 76. & seqq. ff. pro socio; quia arbitrio in tertium aliquem collato, sem-*



to, semper arbitrium boni viri electum censeatur, *d.l.76.in f. & l.30.ff. de oper. libert. Schneid. ad d. §.1.n.2. & seqq. Bronch. cent. 2. ass.50. Niell. D. ad Inst. 24. th. 2. & 3. Hænon. d. D. th. 11.* His jam consequens est, instrumentum venditionis, in quo pretii quantitas expressa non est, non probare; ut nec testes, qui te certo pretio non deponunt. *Fachin. d. lib. 2. c. 34. Bachov. ad Treutl. d. th. 6. lit. D. Adde Geil. 2. obser. 13.* (f) Quod cum merce, si non exactam, aliquam tamen habeat proportionem. Hinc emptio venditio uno nummo facta non valet, *l. 46. ff. Locati. l. 10. §. f. ff. de acquir. poss. l. 16. ff. d. R. l. Don. d. c. 10. & ibi Hill. lit. l. Arum. d. Ex. th. 1. Hænon. d. Dissp. th. 14. Paul. Berens. d. D. th. 2. q. 1. Circumvenire se tamen in pretio naturaliter contrahentibus licet, *l. 16. §. 4. ff. de minor. l. 22. §. f. ff. Locati. Arum. d. Exerc. 14. th. 5. Treutl. d. D. th. 3. lit. D. & D. seq. th. 3. lit. C.* (g) ut pretium venditori detur, *d. pr. Inst. h. t. & merx seu res emptori tradatur*, *d. pr. l. 25. §. 1. ff. h. t. l. 57. ff. de eviction.**

### III.

Contrahitur vel sine scriptis, vel in scriptis. (a) Illa statim perfecta est, simul ac de re & pretio convenit. (b) Hæc non aliter, quam si instrumentum legitimè confectum fuerit. (c) Utraq; vel purè fit, vel sub conditione. (d) Perfectâ autem eâ, omne commodum (e) & periculum (f) ad emptorem regulariter pertinet. (g)

(a) *pr. Inst. d. tit. de empt. & vend. l. 17. C. de fide instrum.* In scriptis autem fieri dicitur, non quando jam perfecta in scripturam redigitur, sed cum in principio hoc actum est, ut scripto contrahatur, *d. pr. & d. l. 17. C. de fide instrum.* Nam aliàs scriptura ad contractuum essentiam regulariter non requiritur, sed ad probationem tantum, *l. 4. ff. de pign. l. 12. C. de probat. l. 4. ff. de fide instrum. l. 9. l. 10. C. eodem. Vult. ad d. pr. vers. sed hæc quidem Bronch. cent. 1. miscell. ass. 87. & 89.* (b) Quamvis nec res tradita, nec pretium numeratum fuerit, *d. pr. Inst. h. t. Don. d. c. 10. Durar. ad t. ff. de contrah. emt. c. 2.* Differt enim contractus implementum, ab ejusdem perfectione & constitutione. *Cujac. 23. observ. 15.* Sed nec arrharum datione opus est: quia arrhæ probationis tantum gratia interponuntur, non ad substantiam obligationis, *d. pr. & l. 35. pr. ff. h. t.* Arrha autem nunc nummus, nunc annulus, nunc aliud quid esse solet. *Cujac. 11. obs. 17. & completa venditione imputatur venditori in pretium,*

pretium, *l. ult. ff. de leg. commiss. si pecunia sit*; si verò alia res, repeti-  
 tur actione ex empto, aut conditione sine causa, *l. 17. §. 6. ff. de act. empt.*  
 (c) siue ab ipsis contrahentibus scriptum fuerit, siue ab aliis, & à con-  
 trahentibus subscriptum, siue etiam per Notarium legitimè com-  
 pletum, *d. pr. Inst. h. t. & ibi Schneid. n. 6. & seqq.* Donec enim ex his ali-  
 quid deest, pœnitentiæ locus est, & potest emptor vel venditor etiam  
 invito altero impunè ab hoc contractu recedere: nisi arrharum no-  
 mine aliquid datum sit. Nam tunc non aliter à contractu resilire  
 licet, quàm si emptor arrhas amittat, venditor duplicatas restituat,  
*d. pr. in f. & d. l. 17. C. de fide instrum.* A perfecta verò venditione, ne qui-  
 dem cum arrharum dispendio recedere licet, *l. 3. l. 6. C. de rescind. vend.*  
 Absurdum enim esset, arrhas, quæ probando & confirmando con-  
 tractui intervenire solent, præter intentionem contrahentium con-  
 trarium operari effectum, *Bachov. ad Treutl. d. D. th. 8. lit. B. Wesenb. in*  
*æ. ff. h. t. n. 9. Arum. d. Exerc. th. 9. Hænon. d. D. 16. th. 6. Dn. Ungep. Exerc.*  
*12. q. 2.* (d) §. pen. *Inst. de Empt. vend.* Quarum illa etiam statim perfecta  
 est, hæc non prius, quàm conditio impleta fuerit, *l. 7. ff. h. t.* Solent  
 autem variæ conditiones & varia pacta huic contractui apponi, de  
 quibus est *tit. C. de pact. inter empt. & vend. & Moz. C. de accident. empt.*  
 Ex quibus frequentissima sunt, 1. Addictio in diem facta, vel purè, ut  
 allatâ meliore conditione, ab emtione recedatur; vel sub conditio-  
 ne, ut perficiatur emtio, nisi melior offeratur conditio, *l. 1. l. 2. & tot.*  
*tit. ff. de in diem addict. & ibi Wesenb. in æ.* 2. Lex commissoria, qua  
 cavetur, ut nisi pretium intra certum diem emptor solvat, res fiat in-  
 emta, *l. 1. tot. tit. ff. de Lege commiss.* In pignoribus tamen hoc pactum  
 improbat, *l. fin. C. de pact. pign.* adeò ut nec ex post facto valeat, nec  
 juramento confirmetur. *Treutl. vol. 2. D. 1. th. 6. lit. D. ibiq. Bach.* Huc  
 referri potest quæstio, si verba contractus hujus, vel pacti adjecti am-  
 bigua sint, contra quem faciendâ sit interpretatio? Verius videtur  
 contra eum interpretationem faciendam, qui adjecit, siue venditor  
 sit, siue emptor: quia sibi imputare debet, quòd non apertius locutus  
 fuerit, *arg. l. 39. ff. de pact. & ibi Accurs. l. 21. ff. de contrab. empt. Hotom. 2.*  
*amicab. resp. 10. Pac. cent. 2. évau]. q. 7. Philip. Matth. ad l. 96. ff. de R. I. And.*  
*Gerb. D. 14. q. 9.* (e) Quicquid enim post venditionem perfectam rei  
 venditæ accesserit, ad emptorem pertinet, §. 3. *Inst. h. t. l. 7. ff. de peric. &*  
*com. rei vend.* Hereditate vendita, quæritur ad quem jus accrescendi  
 perti-

pertineat? Nos ad emptorem pertinere putamus, arg. l. 83. ff. de acquit.  
 vel omitt. hered. l. 33. ff. de usufr. quia vicem heredis obtinet, proindeq;  
 ad eum pertinet, non tantum id quod tempore venditionis perve-  
 nit, sed etiam quod aliquando perventurum est, l. 2. §. 4. & §. 18. ff. de  
 hered. vel act. vend. Duar. lib. 2. de jure acresc. c. 6. Cl. Dn. Scipio Gentil. ad l.  
 un. C. de caduc. toll. c. 23. Hunn. lib. 3. var. resol. tr. 7. p. 1. q. 8. Arum. d. Exerc.  
 th. 7. Andr. Gerb. d. D. 14. q. 8. (f) d. §. 3. Inst. h. t. l. 34. §. pen. ff. eod. l. 7. l. 8. l. 11.  
 ff. de peric. & comm. rei vend. l. 4. l. 5. l. 6. C. eod. Quia venditor speciei de-  
 bitor est, ideoq; liberatur rei interitu sine culpa sua contingente, d. §.  
 3. & l. 23. ff. de V. O. Pac. cent. 5. q. 8. Bronch. cent. 2. ass. 55. Trentl. d. D. 28. th.  
 8. lit. C. & ibi Bach. Arum. d. Exerc. th. 3. Henon. d. D. th. 16. & D. 28. ad R.  
 l. l. 10. q. 1. Dn. Ungep. d. Exerc. q. 3. Paul. Berens. d. D. th. 1. q. 2. (g) Non-  
 nullis enim casibus etiam perfecta venditione periculum ad vendi-  
 torem pertinet: puta si id actum expressè, l. 10. ff. de peric. & commod.  
 rei vend. si venditor in mora, l. 17. ff. d. t. aut dolo vel culpa fuerit, d. §.  
 3. Inst. h. t. si genus venditum, l. 24. §. 2. ff. d. t. vel etiam res, quæ in pon-  
 dere, numero, aut mensura consistunt, l. 30. §. 3. & 4. ff. ad L. Falcid. Ubi  
 tamen distinguendum: aut enim simpliciter venditæ sunt per aver-  
 sionem, (vide Baron. ad pr. Inst. h. t.) & omne periculum emptoris est,  
 l. 4. §. 1. ff. de peric. & comm. rei vend. aut in singulas amphoras vel mo-  
 dios pretium constitutum est; & antequam admetiantur vel appen-  
 dantur periculum venditoris est, l. 34. §. 5. l. 35. §. 5. & §. 7. ff. de contr. empr.  
 nisi degustatio requiratur, ut in vino, quo casu subdistingendum, ut  
 ante eam periculum sit venditoris, post eam periculum non quidem  
 substantiæ, sed qualitatis emptor suscipiat, l. 1. l. 15. ff. de peric. & comm.  
 rei vend. Equin. Baro ad d. §. 3. Inst. h. t. Vult. lib. 1. Jur. Rom. c. 35. n. 73. Moz.  
 d. c. de accident. emt. n. 14. & seqq. Bronch. d. cent. 2. ass. 56. El. Rob. d. D. th. 1.

#### IV.

Oritur ex hoc contractu duplex actio, empti &  
 venditi. (a) Illa competit emptori adversus venditorem,  
 ut rem (b) cum omni emolumento (c) tradat. (d) Hæc  
 venditori contra emptorem, ut pretium, (e) & sumtus  
 à venditore in rem utiliter factos præstet. (f) Utrique  
 (g) succurritur beneficio L. 2. C. de rescind. vend. (h)  
 ut si ultra dimidium justæ æstimationis alteruter læsus  
 sit,

oo

fit,

sic, (i) vel suppleatur id quod deest, vel rescindatur  
venditio. (k)

(a) l. 17. §. 1. ff. de act. emt. & ibi Wesenb. in w. Oldend. class. 4.  
act. 1. Ut autem cum effectu hæ actiones moveri possint, necesse est ut  
emtor pretium solvat, vel offerat, & venditor rem tradat: aliàs ille  
exceptione pretii non soluti, l. 13. §. 8. ff. de act. emt. hic rei non traditæ  
repellitur, l. 25. ff. eod. Costal. ad d. l. 13. Cujac. 23. obs. 15. (b) Præcisè, nec li-  
beratur præstando interesse, si rei tradendæ facultatem habeat, § 7  
ibi. omnimodo Inst. h. t. §. 2. Inst. de donat. l. 11. §. 2. l. 30. §. 1. ff. de act. empt. l. 68.  
in ff. de contrah. emt. l. 6. C. de rescind. vend. adeò ut contumaci etiam,  
manu militari res auferri possit, l. 68. ff. de R. V. Accurs. ad l. 1. ff. de act.  
emt. Coras. 2. miscell. 3. n. 7. Oldend. cl. 4. act. 1. n. 7. Mozz. c. de natural. emt.  
n. 26. & seqq. Bronch. cent. 2. ass. 57. Hillig. ad Don. d. lib. 13. c. 2. lit. A. Arum.  
d. Exerc. th. 2. Riem. illust. quæst. D. 10. q. 9. Dn. Ungep. d. Exerc. 12. q. 4. Elias  
Rober. d. D. coron. 2. Hænon. d. D. th. 12. Si verò tradi nequeat, quod vel  
interierit, vel deterior facta sit, siquidem casu fortuito, securus est  
venditor, ut th. preced. lit. F. dictum: Si verò dolo vel culpa ejus, te-  
netur emptori ad interesse, l. 36. l. pen. pr. ff. de act. emt. Si modò lata-  
vellevis culpa fuerit, d. §. 3. Inst. h. t. l. 35. §. 4. ff. de contr. emt. Hænon. D. ad  
R. l. 5. l. 23. (c) cujusmodi sunt fructus non modò pendentes, sed etiam  
separati, foetus, partus, & si quid ex operis servorum aut vecturis ju-  
mentorum post venditionem accesserit, l. 7. ff. de peric. & commod. rei  
vend. l. 13. §. 10. §. 18. ff. de act. empt. & vend. l. 13. C. eod. Idq; verum est, e-  
tiam ante pretium solutum, d. §. 3. Inst. h. t. juncta d. l. 13. C. de act. emt. Per-  
Frid. Mind. de process. Cameral. lib. 3. c. 21. n. 22. Paul. Berens. d. th. 1. q. 3. (d)  
cum effectu, ut habere liceat, ne evincatur, l. 66. ff. de contrah. emt. l. 11  
§. 2. & §. 8. ff. de act. emt. l. 8. ff. de evict. Nam si res vendita legitime evi-  
cta ex dominii vel pignoris causa fuerit, tenetur de evictione ex na-  
tura contractus; nonnunquam etiam ex simplæ vel duplæ stipula-  
tione, tot. t. ff. de evict. & ibi Wesenb. in w. Treutl. vol. 2. D. 2. th. 5. &  
seqq. Nisi fortè quis sciens rem alienam, emerit. Nam tum re evicta,  
ne ad pretium quidem agere potest, l. 27. & ibi Gloss. C. de evict. Fach-  
2. contr. 40. Treutl. d. D. 28. th. 4. lit. E. Paul. Berens. d. th. 1. q. 4. (e) l. 13. §.  
20. ff. de act. empt. Cujus dominum venditorem facere cogitur l. 11. §. 2  
ff. d. r. licet non æquè ad rei dominium transferendum obstrictus sit  
venditor d. l. 11. §. 2. l. 30. §. 1. ff. eod. l. 1. pr. ff. de rer. permut. Ratio differen-  
tiæ est:

tia est: quia pecuniæ usus nullus est, nisi fiat accipientis, arg. §. 2. Inst. de usufr. aliarum verò rerum etiam citra dominium perfectus & plenus usus est. Wesenb. in w. ff. de act. empr. n. 7. in f. Arum. d. Exerc. th. 4. Adde Don. d. lib. 13. c. 5. & ibi Hillig. lit. A. Post traditionis autem diem & moram, usuræ etiam debentur, d. l. 13. §. 20. l. 47. ff. d. t. de act. emt. l. 5. C. eod. l. 2. C. de usur. Si videlicet emptor fructus ex re tradita perceperit: aliàs usuras non deberi verius videtur, per. d. l. 5. C. de act. emt. d. l. 13. §. 20. & l. 16. §. 1. ff. de usur. Fachin. d. lib. 2. contr. c. 32. (f) Bona fide factos, L. pen. C. d. t. de act. emt. & quos verisimile est emtorem velle impendi, d. l. 13. §. 22. ff. d. t. idq; post venditionem, d. l. pen. & ante traditionem d. §. 22. Nam si post eam quid impenderit, non hæc, sed negotiorum gestorum actio competit, l. 2. ff. de negot. gest. (g) Tam emtori, quàm venditori, arg. l. 1. C. de cupress. ex luco Daph. l. 6. §. f. l. 12. §. 1. ff. de jure dot. Rationem enim l. 2. C. de rescind. vend. quæ consistit in læsione ultra dimidium, æquè in emtore considerari oportere, quam in venditore, suadet æquitas, Fachin. d. lib. 2. c. 16. Elias Robert. d. D. coron. 1. Arum. d. Exerc. th. 8. & ad d. l. 2. D. 1. th. 7. And. Gerb. d. D. q. 10. Imò beneficium hoc rectè ad locationem arg. §. 1. Inst. de locat. l. 2. ff. eod. l. 1. §. 13. ff. si quid in fraud. patron. & similes contractus, tam bonæ fidei l. 3. C. communia utriusq; iud. quam stricti Juris producitur, arg. l. 4. C. de obl. & act. l. 7. C. de revocand. don. l. 36. ff. d. V. O. Dummodo causæ similes sint, hoc est, unus det & alius vicissim accipiat, arg. l. 32. ff. ad L. Aquil. Arum. d. Exerc. th. 8. & ad d. l. 2. D. 2. th. 12. & seqq. And. Gerb. d. D. q. 10. Aliud dicendum in transactione, in qua beneficium hoc non obrinere verius est, l. 78 §. f. ad Sc. Trebel. l. 19. C. de transact. l. 65. §. 1. ff. de cond. indeb. l. 15. §. 3. ff. de re judic. quia transactio æquiparatur juramento & rei judicatæ l. 2. ff. de jure jur. l. 20. C. de transact. quibus modis res finita ob prætextum cujuscunq; læsionis non rescinditur, l. 5. §. 2. l. 9. §. 1. ff. de jure jur. l. 2. C. quando provocare non est neces. Geil. 2. obs. 70. Arum. d. Exerc. th. 8. & ad d. l. 2. D. 3. th. 21. Gerb. d. q. 10. Sed ita demum beneficium hujus legis locus est, si verum rei valorem ignoraverit, non si sciverit; quia sciens & consentiens læsus dici non potest, l. 145. ff. de R. I. c. scienti 27. de R. I. in 6. Quid si juravit, se à contractu non recessurum? Beneficium hujus Legis non habebit, arg. l. 1. & auth. seqq. C. si advers. vendit. Quid ergò si renunciavit? Idem dicendum, si modo in specie huic beneficio renuncia verit. Nam generalem renunciationem

ei non obesse putamus, arg. l. ult. §. 3. ff. de condi. indeb. cum non extendi soleat ad ea de quibus cogitatum non est, l. 9. §. 1. ff. de transact. Arum. d. th. 8. & d. D. 3. th. 23. (h) per actionem ex contractu, arg. l. 11. §. 6. ff. de act. empt. Cujac. 23. obs. 24. Aurum. d. th. 8. & ad d. l. 2. D. 4. th. 24. (i) V. Gr. Si venditor rem quæ viginti valet, novem aureis vendiderit; aut emptor rem quæ viginti valet, 41. emerit, arg. d. l. 2. C. de rescind. vend. Myns. cent. 4. obs. 73. Geil. d. obs. 10. n. f. Adde Cujac. 16. Obs. 18. Fach. d. lib. 2. c. 16. Arum. add. l. 2. D. 1. th. 8. (k) Est enim in emptoris arbitrio vel rescissa venditione, rem restituere; vel retinere rem, & quod deest justo pretio supplere, d. l. 2. C. de resc. vend. ubi justum & verum pretium non differre putamus, arg. d. l. 2. quæ quod primum justum vocat, mox verum appellat pretium, Myns. d. loco Gerh. d. q. 10. Arum. add. l. 2. D. 4. th. 25.

### V.

Emtioni proxima est (a) locatio conductio, (b) quæ est contractus consensualis, (c) quo usus rei, (d) vel opera, (e) pro certa (f) mercede (g) conceditur. (h)

(a) Ad similitudinem enim emtionis venditionis contrahitur, & iisdem juris regulis consistit, pr. Inst. de locat. & cond. non absolute tamen, sed secundum quid: quia in multis etiam hi contractus à se invicem differunt, ut docet Giph. ad d. pr. Inst. de loc. & cond. & ibi Vult. n. 13. & seqq. aliquot. Moz. de locat. cond. n. 3. & seqq. (b) Dicta à loco: siquidem locare est quasi alteri locum in suo dare; conducere, quasi secum ducere. Nam ductum conductoris res locata sequitur. Wes. ad d. pr. Inst. h. t. Don. d. lib. 13. com. c. 6. pr. ut autem in venditione unius verbi appellatione, totus contractus continetur: ita cum locatio dicitur, vel conductio, totum contractum propter relationem intelligimus, arg. l. 4. ff. locati. l. 20. ff. de act. empt. Interim tamen appellationes confundendæ non sunt, sed alius locator est, alius conductor, & in locatione quidem rei, semper locator est, qui mercedem accipit, qui dat conductor l. 58. pr. l. 5. l. 9. pr. §. 1. §. 6. ff. locati. l. 13. l. 21. C. eod. In locatione verò facti diverso respectu, idem & locator & conductor dici potest: locator quatenus dicitur locari opus faciendum, & conductor quatenus alterius operas conducit: l. 11. §. pen. l. 13. §. 1. & 3. l. 19. §. 7. l. 25. §. pen. l. 30. §. 3. l. 48. pr. l. 51. §. 1. l. 60. §. 3. l. 62. ff. d. t. Locati: quemadmodum ex adverso idem opus faciendum conducere & ope-

& operas locare dicitur, in l. 1. pr. de estim. act. l. 3. ff. de his qui nor. in fam. l. 1. §. 6. ff. de postul. l. 19. §. 9. l. 28. & in terminis in l. 22. §. 2. ff. d. t. Locati. Bach. ad Tr. vol. 1. D. 29. th. 2. lit. H. Adde Vult. ad d. pr. Inst. h. t. n. 6. Cujac. 2. obs. 28. Don. d. lib. 13. c. 6. & ibi Hillig. lit. H. (c) d. pr. Inst. de oblig. ex consens. l. 1. ff. d. t. Locati. Consensum autem in locatione de novo ineunda, expressum esse oportet; at in ea, quæ jam ante inita est, renovanda etiam tacitus sufficit. Nam si conductor finito conductionis tempore, non ignorante locatore in re conducta permaneat, renovata locatio, & quasi de integro facta videtur, l. 13. §. ult. cum l. seq. ff. h. t. Nonnunquam tamen etiam ab initio tacite locatio conductio contrahitur; ut si quis ædes sciente & patiente domino inhabitet, & singulis annis certam pensionem solvat. Moz. c. de devis. locat. n. 11. Q. An & emphyteu- sis ex utriusq; partis taciturnitate renovata censeatur? Negat Fach. 7. cont. 34. Tr. d. D. th. 4. lit. D. & th. 10. lit. B. ibiq; Bach. quia hinc majus ver-  
satur præjudicium; & aliàs renovatio ista tacita anno tantum durat, ut cunq; initio quinquennalis fuerit locatio, d. l. 13. §. ult. emphyteu-  
sis autem annua constitui nequit. (d) Non res ipsa aut dominium, l. 39. ff. h. t. l. 65. l. 80. §. pen. ff. de contrah. emt. quo differt à venditione, in qua non usum tantum, sed & rem ipsam, id est, possessionem & do-  
minium, aut certe usucapiendi conditionem transferri constat, l. 25. §. ult. ff. d. t. l. 30. §. 1. ff. de act. empt. Locari autem possunt non propriæ tantum res, sed etiam alienæ, l. 7. 8. 9. ff. h. t. & generaliter omnes quæ vendi possunt; imò & nonnullæ, quæ vendi aliàs nequeunt; ut sunt bona immobilia minorum; bona adventitia filiorum, in quibus pater usumfructum habet: à marito res dotales: bona feudalia sine consensu domini & similia. Addita tamen hac limitatione, ut resolutio Jure Locatoris, resolvatur quoq; Jus conductoris, d. l. 9. §. 1. l. 1. & 2. C. de bon. mater. l. 54. ff. de Reg. Jur. c. nemo potest. de R. l. in 6. (e) Est enim locatio vel rei, vel facti seu operarum, §. 4. Inst. h. t. l. 25. §. pen. & §. ult. l. 26. l. 38. ff. eod. Et sic iterum ab emtione distinguitur; cum vendi facta regulariter non possint, Vult. ad d. pr. Inst. h. t. n. 14. Facta autem & operæ non quævis rectè locantur, sed honestæ tantum & locari solitæ, l. 5. §. 2. ff. de præscript. verb. id est quæ commodum aliquod pecuniarium spectant & mercede æstimari possunt & solent. Nam quæ propter gravitatem & dignitatē suam mercede æstimari nequeunt, uti operæ advocatorum, medicorum &c. huc non pertinent. Moz. c. de rebus

*que loc. pos. n. 10. Bach. ad Tr. d. D. th. 2. lit. G. Adde Don. d. c. 6. & Vult. lib. 1. Jur. Rom. c. 36. n. 10. (f) d. pr. Inst. h. t. l. 2. ff. eod. Sive ab ipsis contrahentibus exprimat, sive in arbitrium tertii conferatur l. 25. ff. h. t. aliàs locatio conductio non est d. §. 1. & l. 22. ff. de prescript. verb. Treutl. d. D. 29. th. 1. lit. F. (g) à merendo, ut Varro lib. 2. de Ling. lat. vel quod merenti cedat, ut Don. d. lib. 13. c. 6. dicta, est illud ipsum, quod pro usu rei, vel opera personæ datur. Vult. d. c. 36. ideoq; interdum pretium vocatur l. 28. §. 1. l. 51. §. 1. l. 58. pr. ff. h. t. l. 10. §. f. ff. de acquir. poss. l. f. in ff. de Lege Rhod. de jact. Consistit autem merces non præcisè in pecunia numerata, sed etiam in alia qualibet refugibili l. 19. §. 3. l. 35. §. f. ff. h. t. l. 8. l. 18. l. 21. C. eod. Vult. ad pr. Inst. d. t. n. 18. Wesenb. in w. ff. eod. n. 7. Rittersh. ad l. 23. ff. de R. l. cap. 9. Coras. 2. miscel. 11. Bronch. 2. aff. 66. Dn. Ungep. Exerc. 12. q. 5. Val. Riem. D. 11. q. 1. Hænon. D. 16. th. 17. (h) Idq; vel ad tempus, vel in perpetuum, l. 10. C. h. t. Nec enim admittendum, quod vulgo Dd. tradunt, locationem in longum tempus, vel perpetuum factam, in aliud contractus nomen transire: cum non temporis adjectione, sed propria conventionis forma contractus à se invicem distinguantur, arg. l. 8. ff. Mand. Wesenb. in w. ff. d. t. n. 8. Conn. 6. com. 12. Bronch. d. cent. 2. aff. 62. Hænon d. D. th. 18. Tr. d. D. 29. th. 4. lit. C Certo autem tempore non expresso, in prædiis rusticis censetur locatio facta ad annum, quo fructus percipi possint: in urbanis tam diu, quoad alteruter contractui renunciaret, l. 13. §. f. ff. h. t. Wesenb. in w. ff. d. t. n. 8. in f.*

## VI.

Oritur ex ea actio locati & conducti (a) Actio locati competit locatori contra conductorem, ut mercedem præstet, (b) rem locatam finito usu restituat, (c) & damnum refarciat. (d) Actio conducti datur conductori contra locatorem, (e) ut præstet re conducta uti licere, (f) ædes locis necessariis reficiat, (g) mercedem ob damnum immodicum remittat. (h)

(a) pr. Inst. h. t. utraq; directa, & bonæ fidei, l. 54. pr. ff. eod. §. 25. Inst. de act. in heredes transitoria. Mortuo enim locatore aut conductore, heredes eorum eodem Jure in contractu succedunt, §. fin. Inst. h. t. l. 19. §. 8. ff. eod. l. 10. C. eod. in perpetua quidem locatione indistinctè, d. l. 10. in temporali verò si intra tempora locationis mortuus fuerit,

erit.



erit, d. §. fin. Inst. h. t. (b) In fine anni, nisi vel aliud conventum fuerit,  
vel usu & consuetudine receptum, l. 54. pr. ff. h. t. l. 42. ff. d. V. O. l. 34. ff. d.  
R. I. Schneid. ad §. fin. Inst. h. t. n. 11. & ad §. 28. Inst. de act. in act. locat. n. 14  
& seqq. Moz. c. de substantial. loc. n. 21. & seqq. Si in mora solvendi fu-  
erit, etiam ad usuras tenetur, l. 58. ff. h. t. l. 17. C. eod. l. 32. §. 2. ff. de usur.  
Quod si verò ex justa timoris causa, l. 17. §. 1. l. 55. §. f. ff. h. t. puta damni  
infecti, l. 28. ff. de dam. infect. incendi. l. 49. §. 1. ff. ad L. Aquil. exercitus,  
aut impetus hostilis, l. 13. §. 7. ff. h. t. vel pestis habitationi renunciave-  
rit, pro eo tantum tempore tenetur, quo habitavit, arg. l. 15. §. 7.  
l. 33. ff. h. t. Geil. 2. obs. 23. Idem obtinet in iis, qui spectrorum appariti-  
onibus & assiduis umbrarum illusionibus inquietantur, ex Covarruv.  
Tr. d. D. th. 5. lit. B. Quæritur an famulo, qui anno operas suas locavit,  
si per valetudinem ea aliquandiu non præstitit, integra merces sol-  
venda sit? Affirm. per l. 4. §. 5. ff. de statu lib. arg. l. 19. §. pen. l. 38. ff.  
Locati. Vaud. 1. quest. 7. Niell. D. 24. coroll. 2. (c) l. 48. h. t. l. 25. C. eod. Quod  
si non restituat, siquidem potest, aut dolo posse desit, quanti in litem  
juratur, d. l. 48. §. 1. ff. h. t. sin verò culpa, quanti res est, vel interest  
condemnatur, l. 2. §. 1. ff. de in litem jurand. l. 68. ff. de R. V. Don. d. lib.  
13. com. c. 8. Interdum & ante expletum locationis tempus locator  
agere potest, ut conductor rem locatam restituat. V. Gr. Si dominus  
ipse ædibus locatis opus habeat, si corrigere velit, si conductor in-  
tra biennium pensionem non solverit, si malè in iis versatus fuerit,  
l. 54. §. 1. ff. h. t. l. 3. C. eod. Quo postremo casu nihilominus Locatorem  
ad integram pensionem solvendam teneri docet Sichard. ad d. l. 3. n. 10.  
& Freutl. d. D. th. 5. lit. A. ubi Bach. hoc rectè limitat; nisi locator al-  
teri statim eas elocaverit, vel ipse iis usus fuerit. (d) Quod dolo, vel  
culpa ipsius contigit l. 9. §. 3. l. 11. §. 1. & 2. l. 43. l. 55. §. f. l. 57. ff. h. t. Culpam  
autem latam ac levem hîc intelligimus, l. 13. §. 1. l. 9. §. 1. ff. h. t. l. 28. C. eod.  
non levissimam, l. 5. §. 2. ff. commod. l. 3. ff. nautæ, caup. stabul. l. 23. ff. d. R. I.  
nisi aliter conventum fuerit, l. 40. cum. l. seq. ff. h. t. vel res natura sua ex  
actissimam culpam requirat, l. 25. §. pen. ff. h. t. vel conductor tanquam  
artifex operas suas locaverit & peritiam professus sit, l. 13. §. 6. d. l. 25. §.  
pen. h. t. Petr. Fab. ad d. l. 23. & ibi Dec. n. 33. Philip. Matth. n. 62. Rittersh.  
c. 9. Vult. lib. un. discip. c. 15. Bronch. cent. 2. aff. 33. Paul. Berens. d. D. 11. th. 2.  
q. 3. Hænon. d. D. 22. Dn. Ungep. d. Exerc. 12. q. 7. De damno verò casu  
dato,

dato, non teneri conductorem expeditum est, l. 15. §. 2. d. l. 25. §. 6. ff. h. t. Bronch. cent. 2. miscel. ass. 71. nisi culpa casum præcesserit, l. 11. §. 1. & §. ult. & d. l. 25. §. penult. vel pacto eum in se receperit, l. 9. §. 2. & l. 13. §. 5. ff. h. t. Quod si fecerit, de quolibet tam in solito, quam solito casu eum teneri verius videtur, arg. d. l. 9. §. 2. & d. l. 11. §. 2. ff. d. t. Fachin. 1. contr. 56. Tr. d. D. th. 6. lit. H. ibiq; Bach. (e) ejusq; heredes l. 19. §. pen. ff. l. 10. C. h. t. non etiam successorem singularem, qui locationi stare non cogitur, d. l. 25. §. 1. l. 32. ff. h. t. l. 9. C. cod. Rauff gehet vor Miethe / Locator tamen conductori ad damnum & interesse teneretur, d. l. 25. §. 1. Frid. Mind. lib. 3. de process. cam. c. 14. n. 18. Don. d. lib. 13. c. 7. & ibi Hillig. lit. H. Fach. d. lib. 1. c. 88. Paul. Berens. d. D. th. 1. q. 5. Hæonn. d. D. 16. in Coroll. Q. An maritus Locationi ab uxore ante dotis constitutione; & è contrario uxor locationi à marito facte dissoluto matrimonio stare teneatur? Utrumq; negamus arg. d. l. 9. C. h. t. Bach. ad Tr. d. D. th. 2. lit. E. (f) Aut solvat id quod interest, l. 7. §. 9. ff. h. t. Si videlicet dolo aut culpa ejus re uti conductor non potuit. Nam aliàs mercedem tantum remittit, l. 33. ff. d. s. Pac. cent. 5. évoué. q. 16. Hinc si quis ignorans rem alienam locaverit, eaq; evicta fuerit, non ad interesse, sed ad remissionem mercedis teneretur d. l. 9. l. 35. ff. h. t. Accurs. in d. l. 9. Arum. d. Exerc. 14. th. 11. (g) aut mercedem pro rata temporis remittat, l. 15. §. 1. l. 27. ff. h. t. Wes. in w. ff. h. t. n. 16. Item damna præstet, quæ passus est conductor ob vitium rei locatæ, quod scivit locator, vel scire potuit, ac debuit, l. 29. §. 1. ff. d. s. Impensas quoq; quas conductor necessariò vel utiliter in rem conductam fecit, refundat, l. 55. §. 1. l. 61. pr. ff. h. t. nisi forte minores sint, & quibus ipse conductor causam præbuit, veluti si fenestras, aut fornaces refici curavit: quas sibi imputabit, Bach. ad Tr. d. D. th. 7. lit. C. Q. Quid dicendum de sumtibus in rem conductam fructuum colligendorum causa ad perpetuam rei utilitatem factis? Et eas à locatore conductorem petere posse, d. l. 55. §. 1. d. l. 61. pr. ff. h. t. Fach. d. lib. 1. contr. c. 85. (h) vel in totum, vel pro parte, prout re locata vel pro parte vel in totum uti non potuit, l. 15. §. 2. & 3. l. 25. §. 6. ff. h. t. Wesenb. in w. ff. inf. Geil. 2. obs. 23. An autem ut ob damnum remitti, ita etiam ob ubertatem nimiam augeri pensio potest? Neg. quia hoc casu uterq; certat de lucro captando, proinde potior conditio rei esse debet, arg. l. 47. ff. de obl. & act. Tr. d. th. 7. lit. E. ibiq; Bach. Atq; hæc ita se habent, si res locata

locata sit : quid verò in hanc actionem veniat, si operæ locatæ fuerint, peti potest ex *Don. d. lib. 13. c. 9. Oldend. Class. 4. act. 9. Nicol. Vigel. in method. Jur. Civ. part. 5. lib. 19. c. 5.*

## VII.

Locationi vicina & quasi species quædam est, (a) Emphyteusis, (b) & ipsa contractus (c) consensualis, (d) quo prædium aliquod (e) alteri, fruendum datur, (f) sub lege meliorationis, (g) & certa pensione annua. (h) Estq; vel Ecclesiastica, vel civilis. (i)

(a) Olim dubitatum fuit utrum ad emptionem venditionem, an verò locationem conductionem pertineret hic contractus, propter cognationem, quam cum utraq; haberet : sed Imp. Zeno eum à superioribus duobus separavit, propriumq; & distinctum contractum esse voluit, *l. 1. C. de jure emphyt. § 3. Inst. de locat. & cond. quamvis tamen hodiè adhuc ad locationem proprius accedere, & ejus quasi species quædam esse videatur, arg. d. § 3. Inst. de locat. l. 1. ff. si ager vectigal. id est emphyt. pet. Schneid. ad d. § 3. n. 1.* (b) Ita dicta à græco verbo ἐμφύτευειν, quod plantare, inserere & per metaphoram meliorare, seu meliorem reddere significat : quia per cultum & sationem agri meliores redduntur, *wesemb. ff. d. t. si ag. vectigal. n. 2.* Regulariter tamen hoc vocabulum jus ipsum prædii potius, quam contractum emphyteuticum significat *Tilem. part. 1. D. ad w. 25. th. 1.* (d) *d. § 3. Inst. b. t. l. 1. l. 2. pr. C. de jure emphyt.* Et quidem nominatus, *arg. d. l. 1. C. de jur. emph. Treutl. d. D. th. 9. lit. A. Foman. D. 23. th. 8. lit. A. bonæ fidei, & Juris Gentium, arg. d. § 3. Inst. de locat. ubi hunc contractum à quibusdam ad emptionem, à quibusdam verò ad locationem relatum fuisse traditur, quorum utramq; & bonæ fidei & Juris Gentium esse expeditum est. Accedit, quod Zeno eum non de novo introduxit; sed cum antea in natura locationis & venditionis involutus, in propria forma non appareret, ab utraq; distinxit & separavit, *Conn. 7. com. 12. Coras. 2. miscell. 21. Arum d. Exerc. 14. th. 22. Bachov. ad Treutl. d. D. th. 9. lit. B. Cl. Dn. Ungep. d. Exerc. q. 6. Tilem. d. D. th. 7. And. Gerh. D. 15. q. 4.* (d) Quod non solum ordo in*

Pp

Inst.

*Inst. & Cod. observatus, sed etiam, d. § 3. Inst. de locat. & cond. satis ostendit. Hinc nec scriptura ad perfectionem sui requiritur, arg. tit. Inst. de oblig. ex consens. nisi forte ad probationem, Don. 13. com. ult. vel ex pacto contrahentium, d. l. 1. C. de iure Emphyt. Dn. Ungep. d. q. 6. (e) Initio quidem rusticum tantum, arg. l. 1. ff. si arg. vectig. l. 31. ff. de pignor. postea verò etiam urbanum, l. 15. § 26. ff. de dam. infect. N. 120. c. 1. Auth. si quas ruinas. C. de SS. Eccles. Hillig. ad Don. lib. 9. com. c. 13. lit. F. Treut. d. th. 9. lit. E. Quaritur an ager vectigalis ab Emphyteuticario differat? Neg. per rubr. ff. si ager vectig. id est emphyteuti. & l. 15. § 1. ff. qui satisd. cog. præsertim cum eadem sit agri emphyteutici & vectigalis definitio, l. 1. ff. si ager vectig. & § 3. Inst. de locat. Don. d. c. 13. Borch. de Feud. cap. 3. n. 26. Gerb. d. q. 4. Hænon. d. D. th. 19. (f) vel ad perpetuum, d. § 3. & d. l. 1. ff. si ager vectigal. vel ad tempus, l. f. ff. d. t. non modicum, arg. l. 1. § 3. ff. de superficie. Quod tamen posterius non tam ex natura huius contractus, quam ex accidenti & pacto esse videtur. Bachov. ad d. th. 9. lit. K. (g) l. 2. l. 3. C. de iur. emphy. Nam olim steriles tantum agri in emphyteusim concedebantur: hodiè etiam fertiles, Schneid. ad d. § 3. n. 2. Inst. de locat. cond. (h) In recognitionem dominii, d. § 3. d. l. 2. l. 3. C. de iure emphyt. Ideoq; si pensio proportionata fructibus præstetur, alterata illius contractus natura, & propè locationem accedere videtur, Bachov. d. th. 9. lit. H. Vocatur autem hæc pensio, canon, l. f. C. de iure emphyteut. & vectigal, l. 1. l. 2. ff. si ager vectig. & c. (i) Quarum illa in rebus Ecclesiæ, hæc privatorum quorumvis constituitur, Schneid. ad d. § 3. num. 8. Inst. de locat. Wesenb. in w. ff. d. t. si ager vectig. n. 2. Vult. lib. 1. iur. Rom. c. 36. Utriusq; differentia in eo potissimum consistit, quod civilis emphyteusis ad certum tempus constituta, transeat ad quoscunq; heredes intra illud tempus: Ecclesiastica tantum ad descendentes: in perpetuum constituta siquidem simpliciter absq; ulla heredum mentione, civilis etiam ad quoscunq; heredes: Ecclesiastica ad descendentes: à religiosis domibus in urbe Constantinopolit. concessa ad nepotes solum transeat. N. 7. cap. 4. N. 55. cap. 2. N. 120. c. 6. § 1. Si verò emphyteutæ & filiis, sive civilis sit, sive Ecclesiastica, ad solos descendentes; sin emphyteutæ & heredibus quibuscunq; , ad omnes heredes etiam extraneos pertineat, Borch. de feud. d. § 3. n. 14. & seqq. Adde Tr. d. D. th. 10. & ibi Bach. Finita autem emphyteusi  
per*

per mortem emphyteutæ & liberorum ipsius, dominus non potest cogi, eandem proximiori agnato concedere, arg. l. 21. C. mand. Geil. 2. obs. 148. num. 3. Fachin. 1. contr. 100. Bronch. cent. 1. miscell. aff. 41.

### VIII.


Oritur ex hoc contractu actio emphyteuticaria (a) qua uterq; contrahentium, (b) consequitur id, quod vel ex pacto, (c) vel natura contractus præstandum est. (d)

(a) Nonnulli actionem præscriptis verbis oriri existimant, arg. l. 2. & 3. ff. de præscr. verb. Cyn. in l. 1. n. 8. C. de jure emphyt. Alii conditionem ex lege malunt, arg. l. unc. ff. de conduct. ex leg. Gloss. in d. §. 3. verb. propriam Inst. de locat. Don. 9. comm. 147 r. d. D. th. fin. lit. G. Sed verius fortassis, cum nominatus hic sit contractus, ut th. præced. dictum, etiam certam & nominatam ex eo oriri actionem arg. l. 7. §. 1. ff. de pact. quæ non malè emphyteutica, seu emphyteuticaria appellari potest, Baro ad d. §. 3. Inst. de locat. Oldendorp. Class. 5. de act. beneficiar. Bronch. cent. 1. misc. all. 43. (b) Cum enim contractus sit utrinq; obligatorius, actionem quoq; ab utraq; parte producat necesse est; quæ actio respectu domini directa, respectu emphyteutæ contraria esse videtur. Oldend. d. loco. (c) Si quid enim pactum fuerit, hoc ita servandum est, ac si naturalis esset contractus, d. §. 3. Inst. b. t. l. 2. pr. C. de jure emphyt. quia pacta dant legem contractibus, l. 1. §. 6. ff. de pos. l. 23. ff. d. l. & grave est fidem fallere l. 1. ff. de constit. pec. imò nihil magis congruum est fidei humanæ, quam servare ea, quæ placuerunt, l. 2. ff. de pact. l. 20. C. de transact. modo non pugnent cum natura hujus contractus. Unde non valet pactum, ne canon numeretur; quia esset contra naturam hujus contractus, l. 1. l. 2. ff. si ag. vect. & ad donationem potius deflecteret. At si convenit, ne emphyteuta propter canonem non solum expellatur, pactum hoc valet & Juri consentaneum est, arg. l. pen. C. de pact. l. 41. ff. de minorib. (d) d. §. 3. Inst. de locat. d. l. 1. l. 2. C. de jure emphyt. Præstanda autem ex natura hujus contractus hæc potissimum. I. ut totius rei interitus ad dominum: quia res suo domino perit, l. 9. C. de pign. act. partiale vero damnum ad emphyteutam pertineat, d. §. 3. Inst. de locat. d.

*l. 1. C. de jure emphyt.* Cui consequens est, ob sterilitatem pensionis sive canonis remissionem non fieri: quia sterilitas ad partialia tantum damna pertinet. *Fachin. d. lib. 1. contr. 89. Bronch. cent. 1. aff. 84.* Idem dicendum de incurfione hostili & devastatione. Nam & hic non ipsum pradium emphyteuticum perit, sed fructus tantum, qui pars pradii censentur, *l. 44. ff. d. R. V. Borch. d. cap. 3. de Feud. num. 12. Gerb. d. D. q. 6. Haenon. d. D. th. 21.* II. Ut Dominus praeter jus percipiendi fructus, etiam possessionem rei emphyteuticae & quasi dominium emphyteutae praestet: cujus beneficio eam vindicare, non ab alio solum, sed & ipso rei domino potest, *l. 1. § 1. ff. si ager vectig. Vendere etiam jus suum alteri, item locare, donare, legare, permutacione transferre potest, l. 11. C. de defund. patrim. lib. 12. arg. l. fin. C. de praed. decur. lib. 10. l. 71. § f. ff. de Leg. 1. l. 219. ff. de V. S. ubi eleganter Gaed. Sed vendere non aliter, quam consensu domini, l. 3. & ibi Gothofr. C. d. t. de jure emphyt. donare, legare, &c. etiam irrequisito domino, Borch. d. cap. 3. n. 42. Coras. 3. miscel. 3. n. 4. Vult. ad d. § 3. Inst. de locat. n. 19. Bronch. 1. aff. 80. ita tamen ut ad inducendum novum emphyteutam in possessionem emphyteuseos, domini consensus requiratur, Don. d. lib. 9. cap. 14. Niell. D. 24. th. 16. Gerb. d. D. q. 5. Oppignorare quoq; pradium emphyteuticum, l. 16. § f. ff. de pign. act. l. 31. ff. de pignoribus & servitum in eo constituere non prohibetur; sed finita emphyteusi, pignus solvitur & finitur servitus: quia extincto jure dantis, extinguitur jus accipientis, l. 19. § 1. ff. locati. l. 31. ff. d. pignor. c. nuper de donat. inter vir. & ux. Borch. d. cap. 3. n. 43. Don. d. lib. 9. c. 14. & 17. Trentl. d. D. th. fin. lit. F. & D. 17. th. 6. lit. A. Emphyteuta vero pensionem solvere debet, d. § 3. & d. l. 1. C. de jure emphyt. adeo ut si in Civili emphyteusi triennium, in Ecclesiastica biennium cessaverit, jus suum amittat, l. 2. C. de jure emphyt. idq; ipso Jure, Borch. d. cap. 3. num. 24. si modo de cessatione constet & dominus voluntatem suam declarer, arg. d. l. 2. Fachin. 1. contr. 93. Myns. cent. 3. obs. 65. Cessante autem domino voluntatem suam declarare, fructus interim ad emphyteutam pertinere tradit, Fachin. d. lib. 1. contr. cap. 94. Trentl. d. D. th. 12. lit. B. Quod non satis convenire videtur cum eo, quod ipso Jure emphyteutam emphyteusi privari asserit uterq; , Hillig. ad Don. d. lib. 9. c. 15. lit. B. Adde Bach. ad Trentl. d. lit. B. Propria tamen auctoritate*

ritate dominus emphyteutam expellere nequit, sed Judicis auctori-  
tate & ministerio opus est, *arg. l. 3. C. de pignor. l. 13. ff. quod met. caus.*  
*l. 176. ff. de R. I. Don. d. cap. 15. Myns. d. obs. 65. Bronch. cent. 1. ass. 82. Fachin.*  
*d. lib. 1. c. 95. Borch. d. cap. 3. n. 30.* **Q**uid si emphyteuta aliquid, sed non  
totum canonem intra triennium solvat, an nihilominus suo jure  
cadat? Neg. quia pœna illa privationis non tam introducta est pro-  
pter pecuniarium interesse domini, (quod in aliis casibus, V. gr. pœ-  
nalibus stipulationibus obtinet) quàm potius, quod emphyteuta  
non solvens, præsumatur domino jus suum intervertere, eumq; non  
amplius recognoscere velle. *Bach. ad Treutl. d. th. 12. lit. B.* Qua rati-  
one etiam dicendum uno ex pluribus heredibus canonem non sol-  
vente, non statim totam emphyteusin amitti, *l. 8. § 1. ff. de public. &*  
*vedtigal. Fach. d. lib. 1. contr. cap. 95. Oldend. d. class. 5. in act. emphyteut.*  
*Myns. cent. 3. obs. 66. Bachov. ad Treutl. d. D. th. 13. lit. A. Paul. Berens. d.*  
*D. 9. fin.* Quod si dominus post incursum caducitatem, canonem  
ab emphyteuta receperit, pœnam privationis seu caducitatis remi-  
sisse videtur: nisi fortè recipiendo canonem præteriti temporis ex-  
pressè protestatus sit, quod per receptionem hanc jus caducitatis  
remittere nolit, *Borch. d. cap. 3. num. 28. & 29. And. Gerb. d. D. 9. 7.*  
*Bachov. ad Treutl. d. D. th. 12. lit. E.* **Q** An Emphyteuta celeri  
satisfactione moram purgare possit? Et de Ecclesiastica res  
expedita est *per c. potuit. extra de locat.* de civili verò omninò ne-  
gandum videtur, *arg. l. 12. C. de contrah. stipul. l. 23. ff. de obl. & act. fa-*  
*cit quod ipso jure emphyteuta emphyteusi cadat: Ubi autem quid*  
*ipso jure sit, moræ purgatio non admittitur, arg. l. 23. ff. de condict.*  
*indeb. Borch. d. c. 3. n. 32. Fachin. d. lib. 1. contr. c. 98. Gerb. d. D. 9. 8. Treutl.*  
*d. th. 12. lit. D. ibiq; Bachov. III.* **U**t dominus damna resarciat, quæ  
emphyteuta ex vitiis, quæ scivit dominus & reticuit, passus est,  
*arg. l. 19. § 1. ff. locat. Oldend. d. loco. Emphyteuta verò finita emphyteusi*  
*rem emphyteuticam restituat, l. 25. C. de loc. & si dolo vel culpa ipsius*  
*deterior reddita sit, præstet. Imò si magna sit deterioratio prædio*  
*emphyteutico etiam privari potest, arg. l. 3. C. de locat. Nov. 120. c. 8.*  
*Don. d. cap. 15. Borch. d. cap. 3. num. 33. Myns. 6. 86. Geil. 2. obs. 67. num. 11.*  
**Q** Si absq; culpa emphyteutæ emphyteusis finita fuerit, ad quem  
meliorationes pertineant? Et verius videtur etiam hoc casu ad do-

minum pertinere, arg. l. si. ff. locat. ubi conductor eas demum im-  
pensas repetit, quas ex lege contractus facere non tenebatur. *Fachin*  
*d. hb. 2. c. 92. Treutl. d. D. th. fin. lit. G. & ibi Bachov.* Deniq; notandum  
quod quemadmodum dominus sine causa prædium emphyteutæ  
auferre nequit, etiam si alius meliorem conditionem offerat; *Oldend.*  
*loco allegat.* ita nec emphyteuta illud invito domino deserere po-  
test, l. 3. C. de fund. patrim. *Accurs. in l. 2. C. h. t. Treutl. d. th. fin. lit. D*  
*ibiq; Bachov.*



## COROLLARIA.

### I.

**S**I quis domum aliquem emat, eamq; de novo  
ædificaturus, ingentem aureorum summam  
reperiat, cuius erit? Soli emtori cedere pu-  
tamus.

### II.

Si famuli ante tempus locationis discedant  
ab hero suo, an vestimenta reddere cogantur,  
& an hero quasi manu injecta eosdem exuere  
liceat? Affirmamus, modo temporarij usus cau-  
sa vestimenta herus concesserit.

### III.

An si artificij juvenis locatus fuerit, ut in  
artificio instrueretur, cum pacto, ut per certos  
annos



annos apud ipsum maneret, isq; an fugiat, te-  
neatur à reditu ad integrum tempus de novo,  
an vero tantum ad tot dies, quot abfuit? Poste-  
rius est juri consentaneum.

IV.

Studiosus fidejussor factus, & ad aliam  
Academiam migrare volens, rectè ad libera-  
tionem agit.

V.

Nimis prostituunt jus nostrum, qui ad-  
vocato bonam causam falsis rationibus tueri,  
vel etiam adversarium decipere licere existi-  
mant.

---

Præstantissimo & Politissimo  
DN. R E S P O N D E N T I

Amico suo & φίλῳ singulari.

Allusio ad nomen

Erhard & Ehrhard.

**H**ic labor, atq; isthic honor est, sed durior ille:

Callum alij fugiunt, DURVS at IPSE manet.

Sape ego quaerivi, cur te non scribis EHRHARDUM,

H aspiratum MELCHIOR anne fugis?

Utere spiritibus, nec duro parce labori,

Namq; aspirando verus EHRHARDVS eris.

F. M. Joh. Congr. Dannh. P. L. C.

Ad

Ad  
*Præstantissimum & Literatissimum*

DN. MELCHIOR. ERHARDUM,  
Amicum jucundissimum.

**Q**Uæ tibi divarum nuper S U C C E S S I O Legum  
Cessit, ERHARDE DICES multū adamate nepos.  
Hanc nunc Collegis, LUDWELLO interprete, in usum  
Ter magnæ Themidos nomine ritè locas.  
Nam tibi sunt Themidos facta Emphyteutica, ERHAR-  
Jura? at quid melius jam domino esse queat? (DE,  
Transit ad heredes tam sacri gloria cultus  
Et pariet generi sic bona quæq; tuo.  
Perge tuos Juris posthac Laudare colonos  
Laudatæ mentis mutua vota refer.  
Sic (qui messis honoris erit) sic canona solven-  
Sic tu ceu dominus jura locabis: abis. *Echo.*

*Amica benevolentia ergò*  
*L. M. Q.*

*F.*  
Georg. Christoph. Walther,  
Franc.

**F I N I S.**


99 A 6938


ULB Halle 3  
002 822 58X



Handwritten text and faint bleed-through from the reverse side of the page, including the word 'CONNECTION' and some illegible characters.







13

ATERTIA.

NEAS  
ONES.

icæ in ceber-

UDWELL

ominis Collegis

AUGU-

VII.

ORUM,  
is Scherffij,  
phi.

